

## Coniectanea in Demosthenem.

Scriptis

H. Wachendorf.

### I.

Orat. in Phil. II § 2 [p. 66, 1 ed. Reisk.]: ἀλλ' εἰς τοῦτο ἤδη προηγμένα τυγχάνει πάντα τὰ πράγματα τῇ πόλει, ὡςθ' ὄσω υἱς ἂν μᾶλλον . . . . ἐξελέγχη Φίλιππον . . . . πᾶσι τοῖς Ἑλλήσιν ἐπιβουλεύοντα, τοσοῦτω τὸ τί χρῆ ποιεῖν συμβουλευῶσαι χαλεπώτερον [εἶναι].

Quod in fine sententiae antea circumferebatur εἶναι atque hodie quoque a quibusdam retinetur, cum non appareat in optimo codice Σ, plerique recentiores editores iure eiecerunt. Sed equidem dubito, num in sententia consecutiva Demosthenes copulam omiserit, cuius rei nec ipse exemplum inveni nec ab aliis notatum video. Quare probabilior eaque perfacilis erit medela, si post χαλεπώτερον interponamus participium ὄν, quod aut syllaba ὄν, quae bis scribi debuit, semel scripta intercidit, aut non intellectum propter structuram non ita vulgarem in εἶναι corruptum est. — Exempla ὡστε particulae cum participio coniunctae, quae et apud alios oratores et apud Demosthenem exstant, sat multa attulisse rationemque atque usum eius structurae satis exposuisse videntur Westermannus ad orationem Olynth. III, 1 et Rehdantzius in indice editionis suae sub voce 'Participium'.

### II.

Orat. in Phil. III § 23. 24 [p. 116, 26 ed. R.]: ἀλλ' ὁμῶς οὐθ' ὑμῖν οὔτε Θηβαίοις οὔτε Λακεδαιμονίοις . . . . συνεχωρήθη τοῦθ' ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ποιεῖν, ὃ αἱ βούλοισθε . . . . ἀλλὰ τοῦτο μὲν . . . τοῖς τότε οὖσιν Ἀθηναίοις, ἐπειδὴ πῶς οὐ μετρίως ἐδόκουν προσφέρεισθαι, πάντες ὄνοντο δεῖν, καὶ οἱ μὴδὲν ἐγκαλεῖν ἔχοντες αὐτοῖς, μετὰ τῶν

ῥηδικημένων πολεμεῖν, καὶ πάλιν Λακεδαιμονίους . . . ἐπειδὴ πλεονάζειν ἐπεχείρουν . . . πάντες εἰς πόλεμον κατέστησαν, καὶ οἱ μὴδὲν ἔγκαλοῦντες αὐτοῖς.

Offendo in verbis: καὶ οἱ μὴδὲν ἔγκαλοῦντες αὐτοῖς. Cur enim αὐτοῖς illud tanto pondere bis in sententiae finem reiciatur, non intellego, nisi gravius aliquid orator exprimere voluerit quam quod nunc in verbis inest. Totum locum qui diligenter perlegerit, nobis concedat oportet, hanc fere esse oratoris sententiam: moris fuisse apud Graecos, ne Graecorum quidem dominatum patienter ferre, sed semper bellum eis indicere consuevisse, qui nimia quam adepti erant potentia ad aliorum libertatem opprimendam abuti viderentur, idque illos fecisse, etiam si *ipsi* nullam experti essent iniuriam. Haec autem notio (*ipsi*), in qua summa rei consistit, ut nunc verba leguntur, ita obscurata est, vix ut appareat. Quare facili sane mutatione legendum puto: καὶ οἱ μὴδὲν [ἔγκαλεῖν ἔχοντες] ἔγκαλοῦντες αὐτοῖ i. e. etiamsi ipsi nullas habebant, quas deferrent, querimonias. — Sententiam similem expressit Cicero de imp. Cn. P. § 14: ‘propter socios, nulla ipsi iniuriā lacessiti, maiores vestri bella gesserunt’.

### III.

Leptineae § 47 [p. 471, 13 ed. R.]. Demosthenes cum magna Athenienses sese ipsos affecturos esse docuisset ignominia, si Leptinis lege perlata Epicerdis quoque liberos, viri optime de civitate meriti ob eamque rem ἀτελεία donati, immunitate privarent, tamquam, quae ille in maiores contulisset beneficia, ad eos qui tum erant Athenienses nihil omnino pertinerent, ita pergit:

εἰ γὰρ οἱ μὲν [sc. ὑμέτεροι πρόγονοι] εἰδότες καὶ παθόντες ἄξια τούτων ἐνόμιζον εὖ πάσχειν, ἡμεῖς δ' οἱ λόγῳ ταῦτ' ἀκούοντες ὡς ἀναξίων ἀφαιρησόμεθα, πῶς οὐχ ὑπέρδεινον ποιήσομεν;

Offenderunt in verbis ἄξια τούτων ἐνόμιζον εὖ πάσχειν Marklandus et Reiskius; sed neque corruptelae originem perspexerunt, et quod licentius emendando locum magis etiam depravarunt, in iustam Fr. A. Wolfi reprehensionem incurrerunt. Recentiores nihil censent mutandum Wolfi opinor auctoritate moti, quovis pignore verba recte se habere contententis. Sed ut nihil dicam de structura, qua τούτων intellegi volunt ἀτελείας, ἄξια autem ad εὖ πάσχειν ita referunt, ut inde pendeat genetivus τούτων sensusque sit: ‘maiores vestri ab Epicerde credebant affectos se esse beneficio hac mercede (sc. immunitate) digno’ — quae dura admodum et impedita nemini non videbitur —: primum in πάσχειν tempus est

vitiosum. Qui enim pro beneficiis in se conlatis gratiam referunt, ei non bene se affici putant, sed affectos esse. Quare debebat saltem dici *εὖ παθεῖν*. Deinde alia restat offensio. Tota enim huius periodi vis in eo est posita, ut, quibus in protasi usum videmus oratorem antithetis, ea ad amussim, quod aiunt, sibi respondeant: *οἱ μὲν . . . . . ὑμεῖς δὲ — εἰδότες καὶ παθόντες . . . . οἱ λόγῳ ταῦτ' ἀκούοντες — ἄξια τούτων . . . . ὡς ἀναξίων*. Quae oppositionis vis ad animos commovendos maxime accommodata in alterutro membro neglegi non potest, nisi ut tota infringatur aut prorsus evanescat. Ad eripiendi (*ἀφαιρησόμεθα*) autem verbum non requiritur antitheton *εὖ πάσχειν*, sed verbum quod dandi, tribuendi significationem habeat. Quod equidem sic puto restituendum: *εἰ γὰρ οἱ μὲν εἰδότες καὶ παθόντες ἄξια τούτων ἐνόμιζον παρασχεῖν κτλ.* Vbi *ἄξια* significat: 'im Verhältniss Stehendes, Entsprechendes' (cf. Krueger. ad Xen. An. I, 9 § 29); *τούτων* autem intellegendum est 'eorum, quae ipsi acceperant (*παθόντες*) beneficiorum'.

## IV.

Orat. in Aphobum I § 5 [p. 814, 26 ed. R.]. Agitur de beneficiis, quibus tutores filii Demosthenis pater affecerat, quo maiore cum fide pupilli tutelam gererent:

*κακείνω μὲν ἔδωκεν ἐκ τῶν ἐμῶν ἑβδομήκοντα μνᾶς . . . . Δημοφῶντι δὲ τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν καὶ δύο τάλαντα . . . . αὐτῷ δὲ τούτῳ τὴν μητέρα . . . καὶ τῇ οἰκίᾳ καὶ σκεύεσι χρῆσθαι τοῖς ἐμοῖς, ἡγούμενος, καὶ τούτους ἔτι οἰκειότερους εἶ μοι ποιήσειεν, οὐκ ἂν χειρόν με ἐπιτροπευθῆναι ταύτης τῆς οἰκειότητός μοι προσγενομένης.*

Iure Schaeferus offendit in particula *καὶ* ante *τούτους*, utpote quae quo apte referri possit non habeat. Etenim neque alii erant, quos et ipsos Demosthenis pater, ut tutelam filii cum fide susciperent, liberalitate sibi obligasset, neque *καὶ* cum *οἰκειότερους* coniungenti verborum collocatio non adversatur. Deinde cum *καὶ τούτους* verbis intellegi necesse sit tutores, prorsus non perspicitur cur haec verba tamquam gravioris momenti ante particulam conditionalem in initio sententiae locum habeant. Omnem molestiam tollet una littera mutata. Scribendum enim *καὶ τούτοις* i. e. numeribus eis, quae a patre tutoribus data Demosthenes in eadem sententia enumerat. *καὶ* intellegendum est: praeter eam, qua natura coniuncti eramus, propinquitatem.

## V.

Eiusd. orat. § 19 [p. 819, 16 ed. R.]. Aphobus, qui in ratione reddenda nullos ex officina Demosthenis reditus sibi provenisse dicebat, hac defensione e Demosthenis sententia ideo utitur, ut aut cessasse officinam comprobet [*ἐνίοτε μὲν φησὶν ἀργῆσαι τὸ ἐργαστήριον*], aut non se, sed Milyam, Demosthenis libertum, curam eius suscepisse. Quam duplicem defensionem cum in eis quae secuntur orator falsam convincere conetur — priorem inde a verbis *ἂν μὲν οὖν ἀργὸν γῆ γενέσθαι* usque ad *ταῦτα λογισθῆναι προσῆκεν*, alteram inde a verbis *εἰ δ' αὖ τούτων μὲν μηδὲν ἔρει, Μιλύαν δ' αὐτὰ φήσει πάντα διωκμέναι* seq. — inter duo illa subito tertium interponitur hoc: *εἰ δ' αὖ γενέσθαι μὲν φήσει* [sc. *ἐργασίαν*], *τῶν δ' ἔργων ἀπρασίαν εἶναι* seq. At quoniam totum hoc membrum antea ne verbo quidem commemoratum est nec veri videtur simile, Demosthenem in eis quae adversarius dicturus sit omisisse quidquam quod postea pluribus refellat, admodum vereor, ne aberrante librarii oculo in antecedentibus plura interciderint, veluti haec:

*ἀλλ' ἐνίοτε μὲν φησὶν ἀργῆσαι τὸ ἐργαστήριον, ἐνίοτε δ' ἔργων ἀπρασίαν εἶναι, ἐνίοτε δ' ὡς αὐτὸς μὲν οὐκ ἐπεμελήθη τούτων* seq.

Qualis coniectura si vera est, vel pluralem numerum *τούτων* ad *ἔργων* relatum nulli dubitationi obnoxium esse apparet: quem in vulgata quidem lectione Reiskius torta interpretatione ut in *ἐργαστήριον* lateat notio *τῶν ἐργατῶν*, defendere voluit.

## VI.

Midianae § 25 [p. 5. 2, 24 ed. R.]. Exponit Demosthenes, qua defensione Midias usurus sit, his verbis:

*ἔσα δὲ πρῶτον μὲν ἐκείνο οὐκ ἄδελος ἐρῶν ἐξ ὧν ἰδίᾳ πρός τινος αὐτὸς διεξιῶν ἀπηγγέλλετό μοι, ὡς εἴπερ ἀληθῶς ἐπεπόνθειν ταῦτα ἃ λέγω, δίκας ἰδίας μοι προσῆκεν αὐτῷ λαχεῖν, τῶν μὲν ἱματίων. . . . τῆς διαφθορᾶς καὶ τῆς περὶ τὸν χορὸν πάσης ἐπηρείας βλάβης, ὧν δ' εἰς τὸ σῶμα ὑβρίσθαι φημί, ἴβρεως οὐ μὲν Δί' οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτὸν καὶ τίμημα ἐπάγειν ὃ τὴν χρεὴ παθεῖν ἢ ἀποῦσαι.*

Verba *ὃ τὴν χρεὴ παθεῖν ἢ ἀποῦσαι*, quae est notissima illa iuris formula in eis caussis, ubi poena a iudicibus statuenda aut ad personam aut ad rem condemnati pertinebat, iustissimam offensionis causam praebere, qui Attici iuris scientia sunt instructi ad unum omnes consentiunt. Ex quibus audiamus Bakium<sup>1</sup>: 'Ita proponitur

<sup>1</sup> Scholica hypomn. Vol. III p. XXI.

ὑβρεως γραφή, quasi per eam nullum ab actore fieret *τίμημα*, id quod repugnat constanti harum *γραφῶν* disciplinae ac normae. . . . . Quid queri poterat Midias, si nunc istud *τίμημα ἐπάγοι* Demosthenes, quum idem ei licuisset in *ὑβρεως γραφή*? Quod cum ne ceteros quidem fugisset subabsurdum esse, perversa defensione utuntur, ut Demosthenem per errorem lapsum esse arbitrentur<sup>1</sup>, in quibus Boeckhium<sup>2</sup> fuisse iure mireris.

Ergone oratorem summa iuris scientia pollentem et in iudiciis paene habitantem ea ignorasse putabimus, quae qui primum ad caussas accedebant ignorare non potuerunt, quin undique sibilum ferrent? At tamen ne Bakio quidem res bene cessit qui facillimo, ut ait, negotio, 'stultitiae crimine accuratissimi scriptoris orationem' ita liberare conatur, ut verba *ὁ π χροῖ παθεῖν ἢ ἀποιῶσαι* transpositione post *ὑβρεως* collocanda sint. Nam neque 'facillimo negotio' ita locum sanatum esse, nec in totius sententiae conformatione nihil desiderari dixerim, cum quae a Midia sibi obiectum iri dicit Demosthenes, ea duas partes habere facile appareat. Priore exponit Midias, quid Demosthenes facere debuerit, sed non fecerit [*δίκας ἰδίας μοι προσῆκεν ἀντιῶ λαχεῖν — ὑβρεως*], altera, quid fecerit Demosthenes, sed facere non debuerit [*οὐ μὰ Δι' οὐχι δημοσίᾳ κρίνειν — ἀποιῶσαι*]. In posteriore membro verba *οὐ μὰ Δι' οὐχι δημοσίᾳ κρίνειν* respondent illis: *δίκας ἰδίας προσῆκε λαχεῖν*, quae secuntur [*καὶ τίμημα ἐπάγειν — ἀποιῶσαι*] si hic desunt, non est quod respondeat illis in priore *τῶν μὲν ἡματιῶν — βλάβης, ὧν δ' εἰς τὸ σῶμα ὑβρίσθαι φημι, ὑβρεως*. Quare mihi vix dubium est, quin verba *καὶ τίμημα ἐπάγειν* suo loco posita sint, eorum autem quae secuntur [*ὁ π χροῖ παθεῖν ἢ ἀποιῶσαι*] loco aliud quid a Demosthene olim scriptum sit: quod cum intercidisset, librarii lacunam notissima illa formula recte explevisse sibi visi sunt. Neque id, quale fuerit, investigare difficile est, utpote quod suppeditet ipse Demosthenes § 21 [p. 521, 19 ed. R.]:

*πάντων οὖν ἀθρόων* [sc. eorum, quae Midias commisit] *ἐν τίμημα ποιήσαοθε, ὁ π ἂν δίκαιον ἡγήσθε*. Hoc autem *ἐν τίμημα* erat *θάνατος*, cf. § 70 [p. 537, 3 ed. R.]: *εἰ τοίνυν πς ὑμῶν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἄλλως πως ἔχει τὴν ὁργὴν ἐπὶ Μειδιᾶν ἢ ὡς δέον*.

<sup>1</sup> Meier und Schömann: Der Attische Process S. 174: 'Es dürfte sich über diese Stelle schwerlich etwas anderes aufstellen lassen, als dass der Redner sich hier einer grossen Verwirrung schuldig gemacht habe'.

<sup>2</sup> Von den Zeitverhältnissen d. Rede g. Mid. S. 16.

αὐτὸν τεθνάναι, οὐκ ὀρθῶς ἔχει. [cf. etiam § 102 p. 547, 20 ed. R.: *αμᾶν τῶν ἐσχάτων*].

Itaque, si quid video, Demosthenes hoc quoque loco scripsit: . . οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτὸν καὶ τίμημα ἐπάγειν ἔν, ut duas res Midiam sibi opprobrantem fingat, primum illud: *δίκας ἰδίας μοι προσῆκεν αὐτῷ λαχεῖν . . . οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτόν*; deinde quod quae diversa sint crimina neque unius sed multarum caussarum esse debuerint [*τῶν μὲν ἱματιῶν τῆς διαφθορᾶς βλάβης, ὧν δ' εἰς τὸ σῶμα ὑβρίσθαι φημι ὑβρεως*], Demosthenes in unam eandemque caussam congesserit omniumque unam aestimationem [*θῶνατον*] fecerit.

Post *ἐπάγειν* facile ἔν interciderere potuit. — Praeterea coniecturae nostrae apparet quantopere faveant quae proxime secuntur verba: *ἐγὼ δὲ ἔν μὲν ἐκεῖνο εὖ οἶδα* seq.: exorditur enim refutatio ab eo ipso verbo [*ἔν*] quo adversarius usus erat.

Cetera, de quibus in diversas partes abierunt virorum doctorum sententiae — quomodo intellegendae sint *δίκαι ἰδίας, γραφῆς ὑβρεως* quae fuerit vis et natura, quid sit *δημοσίᾳ κρίνειν τινά* — pertractare non putavimus esse huius loci.

## VII.

Eiusdem orat. § 34 [p. 525, 5 ed. R.]: *εἰ δὲ χορηγὸν ὄντα ἡμέτερον ἱερομητίας οὐσης πάνθ' ὅσα ἡδίκηκεν ὑβρίσας φαίνεται, δημοσίας ὀργῆς καὶ τιμωρίας δίκαιός ἐστι τυχάνειν' ἅμα γὰρ τῷ Δημοσθένει καὶ ὁ χορηγὸς ὑβρίζετο, τοῦτο δ' ἐστὶ τῆς πόλεως ὄνομα, καὶ τὸ ταύταις ταῖς ἡμέραις, αἷς οὐκ ἔῶσιν οἱ νέμοι.*

In his verbis quod, iure repudiata quae antea vulgabatur lectione [*καίτοι ταύταις*], ex optimo codice Σ receperunt Bekkerus, Turicenses, Dindorfius [quantumvis is de corruptela suspicetur] καὶ τὸ ταύταις ceteris editoribus et ipsum improbatum est fere omnibus. Quibus cum e Demosthenis usu loquendi pro τὸ pronomine demonstrativum videretur postulari, tale ut restituerent, alii καὶ ταῦτ' αὐταῖς ταῖς ἡμέραις Reiskium secuti receperunt, Voemelius, quod vel propius ad optimi libri lectionem accedit καὶ τοῦτ' αὐταῖς τ. ἡμ. coniecit: ut taceam quae parum probabilia veteres critici hariolati sunt.

Hos virorum doctorum conamina ipse novo augere cogor, quoniam totum locum spectanti subabsurda, ne dicam inepta nasci videtur sententia. Quid enim? num per dies festos [*ταύταις ταῖς ἡμέραις* intelleguntur Dionysia] μὴ ὑβρίζειν legibus erat vetitum, alio tempore licebat? Itaque suspicor, haec verba [*καὶ τὸ ταύταις*

ταῖς ἡμέραις, αἷς οὐκ ἔωσιν οἱ νόμοι] ad illa *ἱερομηνίας οὔσης* explicandi caussa esse adscripta. Vnde autem desumpta sint, apparebit ex hoc loco [§ 12 p. 518, 18 ed. R.]: οὐ γὰρ ὅπως τὸ σῶμα ὑβρίζουσαι τινος ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις . . . . . ᾤεσθε χρῆναι, ἀλλὰ καὶ τὰ δίκη καὶ ψήφῳ τῶν ἐλότων γιγνόμενα τῶν ἡλώκοτων καὶ κεκτημένων ἐξ ἀρχῆς τὴν γούν ἐορτὴν ἀπεδώκατε εἶναι.

Sin autem reapse Demosthenis illa sunt, plura exciderunt post νόμοι, quibus, quid festis illis diebus praeter τὸ μὴ ὑβρίζειν legibus vetitum esset, erat expositum, quae et ex hoc loco facile suppleri possunt et ex oratoris verbis § 12 [p. 518, 18 ed. R.]: ἡμεῖς μὲν τοίνυν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πάντες εἰς τοσοῦτον ἀφίχθε φιλανθρωπίας καὶ εὐσεβείας, ὥστε καὶ τῶν πρότερον γεγενημένων ἀδικημάτων τὸ λαμβάνειν δίκην ἐπέσχετε ταύτας τὰς ἡμέρας.

## VIII.

Eiusd. orat. § 71 [p. 537, 14 ed. R.]. Pergimus ad locum difficillimum, de quo tanta est virorum doctorum dissensio, ut non tam omnia, quae alii censuerint, singillatim pertractare quam vitiiis breviter notatis, quid ipsi sentiamus, exponere nobis in animo sit. Inter argumenta enim, quibus Midias eiusque socii ad Demosthenis accusationem impugnandam infringendamque uti poterant, cum etiam illud esset, Demosthenem rem levem [nimirum alapam, quam ei in theatro Midias infregerat] atque ex qua nunquam gravius aliquid secutum sit, verbis nimis exaggerare et tamquam summum scelus Midiae obicere: id ut reprobretur orator duo exempla profert, quibus appareat, homines tali contumelia laccessitos ita esse ira abreptos, ut ne a gravissimo quidem ultionis genere [caede] abstinuerint. Quorum alterum, sumptum illud ab Euaeone quodam, qui in convivio Boeotum quendam propter unam plagam acceptam interfecerat, planum est atque in eam rem, quam orator illustraturus erat, aptissime quadrat; in altero ea est verborum scabies, ea rerum obscuritas, ut in omnibus Demosthenis orationibus simile exemplum frustra quaesiveris. At en verba ipsa:

ἀλλ' ἴσασι πάντες, εἰ δὲ μὴ, πολλοίγε, Εὐθύνον τὸν παλαισαντά ποτ' ἐκένον, τὸν νεανίσκον καὶ Σώφιλον τὸν παγκρατιαστήν (ἰσχυρός τις ἦν, μέλας, εὖ οἶδ' ὅτι γινώσκουσι τινες ὑμῶν ὃν λέγω), τοῦτον ἐν Σάμῳ ἐν συνοσίᾳ τῆ καὶ διατριβῇ οὕτως ἰδία, ὅτι ὁ τόπιον αὐτὸν ὑβρίζειν ᾤετο, ἀμυνόμενον οὕτως, ὥστε καὶ ἀποκτεῖναι. ἴσασι Εὐαίωνα πολλοὶ τὸν Λεωδάμαντος ἀδελφὸν ἀποκτείναντα Βουωτὸν ἐν δειπνῷ καὶ συνόδῳ κοινῇ διὰ πληγὴν μίαν.

In his primum καὶ ante Σώφιλον, quod in omnibus libris legitur, unus defendit Boeckhiius <sup>1</sup> [sogar den Sophilus]. Ceteri editores Reiskium secuti eam particulam utpote ineptam hoc loco eiecerunt idemque statuit Bakins <sup>2</sup> his verbis: 'Eo [καὶ] servato, quae praecedunt, ἴσασιν ἅπαντες, ad Sophilum quoque referentur, de quo tamen ipso mox subiicitur γινώσκουσι πάντες ὑμῶν ὃν λέγω'.

Sed hoc leve. Illud gravissimum, quod inde ab Vlpiani temporibus dubitatum est, quid sit in illa sententia subiectum, quid obiectum. Quam litem ut longa tandem argumentatione Boeckhii, Buttmani, aliorum diremptam fere esse concedam: quis tamen putaverit, oratorem tam ambigue locutum esse, praesertim cum in eo cardo rei verteretur, ut scirent iudices, uter prior iniuriam intulisset, uter iniuriam inlatam ultus esset?

Nec minores turbas concitaverunt verba: ὅτι ὁ τύπτων αὐτὸν ὑβρίζειν ᾔετο, in quibus cum nec constaret, quo ὁ τύπτων aut αὐτὸν spectaret, nec omnino sana sententia appareret, alii alias coniecturas proposuerunt <sup>3</sup>, quae aut ambiguitatem sermonis non tollunt aut externa quam vocant carent probabilitate. Nec defuerunt mira id genus enarrandi artificia, ut aut Voemelio ὁ τύπτων significare videretur: 'interfactor' aut aliis ᾔετο idem quod alibi ᾔετο δεῖν. Equidem ne illa quidem: ἰσχυρός τις ἦν, μέλας, εὖ οἶδ' ὅτι γινώσκουσι πάντες ὑμῶν ὃν λέγω dubitationi non obnoxia esse dixerim. Nihil in illis verbis inest quo orator felici cum eventu iudicum memoriae, ut hominem recordarentur, succurrere posse videretur. Etenim, cum multi essent ἰσχυροί, multi μέλανες, multo aptior haud dubie iniecta esset mentio originis, patriae, propinquorum quibus iste homo usus esset: qualia sexcentis aliis locis addi videmus. Sed hoc in tanta rerum obscuritate notasse satis sit. At illud apparet, talia qui pro Demosthenicis vendant, 'deum mortalem' ita loquentem facere, quemadmodum neque deus unquam locutus est neque mortalis. Nec illud videtur negari posse, nihil hic profici coniecturis hic illic in contextum inlatis: medela unica inventa erit, si statuerimus, quae ut nunc circumferuntur a Demosthene scripta non esse omnes consentiunt, ea scribi omnino non potuisse. Quam quidem suspicionem diu, ut Horatii mea faciam, compressis mecum

<sup>1</sup> Von den Zeitverhältnissen der Rede geg. Mid. S. 18.

<sup>2</sup> Scholica hypomn. Vol. III p. 133.

<sup>3</sup> Vt missa faciamus cetera: Turicenses et Bakius Boeckhium secuti verba ὁ τύπτων deleverunt, Schaeferus et Dindorfius articulum ὁ tantum removerunt, Vaterus coniecit: ὅτι τύπτουσα αὐτὸν.

labris agitatam vel in hac sermonis scabie promere non auderem, nisi et Midianam ex corruptissimis orationibus esse constaret et Demosthenes dubitationem meam tacitus ipse confirmaret. Etenim is nunquam fere, ubi talibus exemplis utitur, satis duxisse solet, ea iudicibus ita proposuisse, ut, quid inde sit consecrarium aut quid eis illustrari velit, ipsis divinandum reliquerit, sed exponit et dilatat, ut quae pro re sua faciant, eo magis intellegantur et vis persuadendi augeatur. Itaque hoc loco non perspicio, cur Demosthenes in eis quae secuntur bis pluribus verbis [§ 73 et 74 p. 538, 10 et 23 ed. R.] ad alterum illud [de Euaeone] exemplum recurrat, suam moderationem cum illius viri saevitia comparans, prioris autem [de Euthyno] prorsus oblitus esse videatur. Minus offenderem in ea re, si aut duo illa exempla prorsus idem demonstrarent aut talia essent, ut alterum illud de Euaeone maiorem, quam quod priore loco positum est de Euthyno, confirmandi vim haberet. At prorsus contraria est exemplorum illorum ratio. Nam Euthynnus Sophilum interfecerat propter contumeliam inter luctandum acceptam ἐν συνουσία τινὶ καὶ διατριβῇ οὕτως ἰδίᾳ, Euaeon autem Boeotum ἐν δείπνῳ καὶ συνόδῳ κοινῇ. Itaque si duo exempla a Demosthene essent profecta, haud dubie orator maiorem demonstrandi vim priori [de Euthyno] tribuisset, utpote cuius et contumelia minor et ultio saevior esset. Quae cum ita sint, delendam puto Euthyni et Sophili commemorationem et sententiam ita continuandam: οὐδὲ γὰρ αὖ τοῦτ' ἔστιν εἰπεῖν, ὡς οὐ γεγενημένου πάποι' οὐδενὸς ἐκ τῶν τοιούτων δεινοῦ τῷ λόγῳ τὸ πρᾶγμα' ἐγὼ νῦν αἴρω καὶ φροβερὸν ποιῶ. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. ἀλλ' ἴσασι βυβαίονα πολλοὶ τὸν Λεωδάμαντος ἀδελφὸν ἀποκτείναντα Βοιωτὸν ἐν δείπνῳ καὶ συνόδῳ κοινῇ seq.

Non vereor ne haec ratio peritis nimis audax possit videri: etenim quae delevimus mirum quantum Graeculi cuiusdam μελέτημα sapiunt qui cum Euthyno (sive Euthymo), clarissimo illi pugili, qui multo ante Demosthenem fuit et ter Olympia vicerat<sup>1</sup>, simile aliquid accidisse cognovisset, sua Demosthenicis intermiscere non dubitavit.

## IX.

Eiusd. orat. § 145 [p. 562, 1 ed. R.]: . . . . καὶ στρατηγὸς ἄριστος καὶ λέγειν ἐδόκει [sc. ὁ Ἀλκιβιάδης] πάντων, ὡς φασιν, εἶναι δεινότατος. ἀλλ' ὅμως οἱ κατ' ἐκείνον [τὸν χρόνον] ὑμέτεροι πρόγονοι . . . . . ἔξεβαλον.

<sup>1</sup> cf. Schaeferum ad hunc locum.

Verba quae uncis inclusimus τὸν χρόνον neque a sententia commendantur neque bonorum librorum fide nituntur; quare ut futile additamentum a plerisque editoribus ommissa sunt. Sed praeterea dubito, num verba κατ' ἐκεῖνον [sc. Alcibadem] et οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι apte conuincantur, tamquam si simpliciter maiores Atheniensium Alcibiadem e civitate eiecisse dicantur, non per se appareat, fecisse id maiores qui Alcibiadis tempore fuerunt. Itaque cum κατ' ἐκεῖνον verba eo quo nunc posita sunt loco prorsus supervacanea sint, turbata continuatio verborum in hunc modum restituenda videtur:

..... καὶ λέγειν ἐδόκει πάντων τῶν κατ' ἐκεῖνον, ὡς φασιν, εἶναι δεινότητος. ἀλλ' ὁμοῦς οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι..... ἐξέβαλον.

Haud ita rarus est ἐκεῖνος pronomini usus ad sententiae subiectum referendi. cf. Krueger. ad Xen. Anab. I 2, 15.

## X.

Eiusd. orat. § 192 [p. 576, 21 ed. R.]. Demosthenes praemonet iudices, ne multum tribuant Midiae verbis, si illud quoque obiecturus sit: oratorem esse Demosthenem, meditata omnia et praeparata ab eo in iudicium adferri. Id quidem ita esse, se non negare; at factum esse Midiae ipsius culpa, a quo tantis contumeliis affectus sit, ut quodammodo huius orationis ipse scriptor censeri queat: ὁ γὰρ τὰ ἔργα παρεσχηκώς, περὶ ὧν εἶπον οἱ λόγοι, δικαιοτάτ' ἂν ταύτην ἔχοι τὴν αἰτίαν, οὐχ' ὁ ἔοικεμμένος οὐδ' ὁ μεριμνήσας τὴν δίκαια λέγειν νῦν. In eandem, quae fuerat Iurini, suspicionem, excidisse in antecedentibus τότε, ut νῦν vocabulum habeat quo referatur, incidit etiam Spaldingius. Putat tamen spectare posse νῦν ad participia ἔοικεμμένος et μεριμνήσας, ut sententia haec sit: 'meditatus et commentatus antea, quae essem dicturus nunc'. Sed talis oppositionis vestigium neque in oratoris verbis extat neque a sententia magnopere commendatur, neque omnino antitheton, quod respondeat adverbio νῦν, hic requiritur. At tamen vitium subesse certum est: Demosthenes enim hoc loco non de certis hominibus, non de se et Midia loquitur (quod si ita esset, dixisset: ὁ μὲν γὰρ Μειδιάς — ἐγὼ δὲ), sed talia dicuntur, quae in omnes homines et causas convenient. Quod si verum est, νῦν stare non posse apparet. Duo autem vocabula in unum coaluisse et Demosthenem scripsisse suspicor: τὰ δίκαια λέγειν ἐν ὑμῖν. cf. § 190 [p. 576, 9 ed. R.]: οὐδὲ γὰρ αὐτὸς οὐδενὸς ἕνεκα τούτων οὐδὲν ἐν ὑμῖν πάποι' εἶπον.

---

## Berichtigung.

S. 320 Z. 14 v. u. lies: Claudius: c unum. — S. 416 Z. 5 v. u.  
lies: Haec virorum.

---

Druck von Carl Georgi in Bonn.

(26. Mai 1871.)